

Princes Veruo

res churi

res churi res churi
res churi res churi
res churi res churi
res churi res churi

res churi res churi
res churi res churi
res churi res churi
res churi res churi

B

Philosophie: 654
B. 421.

~~350.~~

7
P O S T E R I O R V M

N O T I O N V M Q V A S S E -
C V N D A S I N T E N T I O -
n e s & P r æ d i c a b i l i a v o c a n t ,

*Breuis & luculenta
explicatio.*

Auctore Cl. ^{Alberio} Alberio.

In usum scholæ Lausannensis.



L A V S A N N A E ,

Excudebat Franciscus le Preux Illustrissim.
Do. Bernensium Typographus.
M. D. LXXVI.

212^c 11

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

PHILOSOPHIAE STUDIO-
SIS IN ACADEMIA
LAUSANNENSIS.



Porphyrii Isagogen, non satis Aristotelicam, diffusam nimis, praetermittimus, & nouam δευτέρων νοημάτων explicationem afferimus ex Aristotelis libris depromptam, breuem, & utilem. Porphyrium sanè ut suspectum εισαγωγὸν non accusamus, sed affirmamus satius fuisse Aristotelem ipsum, si fieri potuisset, aut magnum aliquem virum ex Aristotelis familia hac δεύτερα νοήματα nobis tradere. Aristoteles non descripsit, quia καὶ παντός, & ἀνάλυσιν ὑποκειμένου γένους (Subiectum adequatum vocant) nempe syllogismi, non requirebat. Syllogismus. n. resoluitur in propositiones: propositiones in ὅρους. Et ὅροι sūt καὶ παντός in syllogismo, ut ἐν γραμμῇ σιγμῇ. Necessitas igitur ordinis διδασκαλικῆς, eò adduxit Aristotelem, ut à Categoriis inciperet, in quibus reponerentur ὅροι. Utilissima tamen est, ut dixi hac δευτέρων νοημάτων expositio, propter eas causas, quas statim primo capite commemoramus. Vestrum est, studiosi Iuuenes, has quinque διαφορὰς τῶν καθόλων diligēter addiscere, καὶ ἐν τοῖς καθόλων, nempe in Categoriis, in propositionibus, syllogismis, in Diuisionibus, & Demonstrationibus ad usum vestrum reuocare. Ignobilia ingenia non possunt capere priores καθόλων notionēs. Nobilia in-

A. 2.

212⁴ 1

V T R E A I H A E S T V
E P I S T O L A

genia non solum has priores, sed & altera opera-
tione (qua priores mens quasi relegit, se seque mi-
ratur in illis) has posteriores notiones efformare
possunt. Lausanna 6. Id. Maii. 1576.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



opera-
que mi-
ormare



ΔΕΥΤΕΡΑ ΝΟΗΜΑΤΑ

Seu prædicabilia

Quid sit secunda intentio: & cur expositio
posteriorum Notionum seu Prædicabi-
lium præponatur.

Δεύτερα νοήματα, id est, posteriores Notio-
nes, quas secundas intentiones vocât, ad distin-
guendas priores simplices notiones adhiben-
tur. Posteriorum æquè ac priorum effectrix est
Mens. Sed τὰς καθόλας priores notiones, secern-
endo: posteriores verò, discrimen inter τὰς
καθόλας priores illas constituendo, Mens efficit.
His posteriores notiones, differentias appellat
Aristoteles τοπικῶν. α. Δεῖ διορίσασθαι, inquit
τὰ γένη τῶν κατηγοριῶν, ἐν οἷς ὑπάρχουσιν αἰ-
ρηθεῖσαι τέτταρες διαφοραί. Prius autè dixerat
Aristoteles, quid sit Genus: quid Propriū: quid
Accidens. Et quidem rectissimè in Topicis. At
nequè ineptè interpretes Aristotelis, ante Cate-
gorias & cæteros Dialecticos libros: has diffe-
rentias exponendas esse duxerunt. Quamvis. n.
priores simplices Notiones Mens ante secernat
quàm discernat: tamè, quia Categoriæ non pos-
sunt tradi, absque mentione harum differentia-
rum, seu posteriorum notionum: meritò harum
expositio, tanquàm πρόθερον Διλεκτικῆς πράξ-

Vsus

Causa
efficiens.

Quo no-
mine ap-
pellat
Aristo.

Cur an-
te Ca-
teg. &
cur non.

212^c

6 P R A E D I C A B I L I A.

ματείας, primum locum obtinuit: nimirum vel eo consilio, ut nulla sit Vox in Categoriis & sequentibus libris, cuius significatio ignoretur. In Topicis quidem accuratius hæ differentia sunt explicandæ & excutiendæ. Hæc verò *ὡς ἐν τῷ πρώτῳ* exposuisse, satis fuerit.

Cur prædicabilia dicuntur. Cæterum has posteriores notiones prædicabilia vocarunt, quòd de prioribus illis notionibus prædicentur: ut Animal est Genus, Rationale est differentia: Ridere est proprium hominis, Album est accidēs. Et quū sint quinque numero, de singulis sigillatim quædā dicenda sunt,

Ordo prædicabilium. hac cautione ut nequid nimis. Ac primū de Genere, quod est quasi fundamentum reliquorum *Ἰσχυτέρων Νοημάτων*. Deinde de Differentia. Nā Genere posterior est Differentia. Tertio de Specie. Nā Differentia posterior est Species. Quarto, de Proprio, quod non nisi Generi aut Speciei inest. Quinto & postremo de Accidente, quod quasi umbra est reliquorum: neque per se sed temporis gratia rebus inesse intelligitur.

Cur definitio non numeretur in prædicabilibus. Quia verò definitio non est Prædicabile quid, neque habet rationē *μεθεκτῆ* ad *μετέχον*: sed est ipsa per se, tertio modo dicendi per se: iccirco in prædicabilibus non ponitur.

De Genere.

Quid sit genus. Aristoteles primo Topicorum, Genus hunc in modum definit. *Γένος ὅστι τὸ κτ' πλείονων καὶ ὁμο-*

δίωνων

P R A E D I C A B I L I A 7

*διαφερόντων τῶ εἶδει ἐν τῶ πῖ ὅτι κατηγορού-
 μνον.* Quæ per se prædicantur, aut in quid, aut
 ut qualia prædicantur. Illorum verò quæ in quid
 prædicantur, primum est Genus. Ideoque prima
 quidditas Generis vocabulo declaratur. Genus
 .n. in quid prædicatur de speciebus suis. Diuidi- *Vt dicitur*
 tur autē differentiis suarum specierum ut Totum *Genus:*
μεθεκτόν, in species tanquã in partes suas *ἔστιν*
χούσας. Quod autē dicitur *μεθεκτόν,* sic intelli- *dicatur*
 gendum est, ut à singulis speciebus totū partici- *μεθεκ-*
 tur. Atque hoc modo Genus dicitur totū, nem- *τόν.*
 pe ratione relationis ad speciem *μετέχσαν.*
 Verum cum consideratur genus, quatenus cum
 differentia iunctum speciem constituit, non vi-
 detur esse totum, sed pars. Ac Genus quidem ut
 pars, specie quiddam est prius: idque τῶ λόγῳ:
 ut verò *μεθεκτόν* ad speciem *μετέχσαν* relatū,
 non est prius specie, quia relata sunt simul. Post-
 quam genus inuentum est, eo modo, quo Aristo-
 teles inueniendum & iudicandum docet, 4. *ἑπι-*
κῶν: tunc ipsum diuidendum est differentiis.
 Demum genere & differentia iunctis, definitio
 colligenda est, qua *εἶδος* rei seu species absolutè
 intelligitur.

De Differentia.

Differentia est, qua generi addita, constitui- *Quid*
 tur vnum Specie, quod *ἑσιῶδες* vnum dicitur. *sit diffe-*
 Additur generi, ut generis communitatē astringin- *rentia.*

um vel
 s & fe-
 tur. In
 ia sunt
 τῶ πῖ
 ædica-
 otioni-
 Ratio-
 homi-
 ue nu-
 a sunt,
 de Ge-
 uorum
 tia. Nã
 le Spe-
 Quar-
 t Spe-
 dente,
 per se
 gitur.
 quid,
 y: sed
 iccir-

hunc
 ὅτι καὶ
 δια-

8 PRAEDICABILIA.

gat. Eadem generis qualitas est quædam, *συνεπιφέρουσα τὸ γένος*, inquit Aristoteles. & ut est qualitas generis: ita etiã ratione speciei, quidditas est quædam. Quamobrem etiam secundum quale quid prædicari vulgò dicitur. Omnis autem differentia, aut est vna *εἰδοποιός*, ut rationis compos: aut composita ex multis vna seu *συνεπιλεγμένη* vna: ut, Corporea, Animata, sentiens, rationis compos, quæ additur substantiæ, ut generi. Ac cæteræ quidem differentiæ quæ sunt præter ultimam, sunt veluti materia quædam & *δύαμις νοητῆ* rei definitæ: *τελευταία* verò seu ultima, est tanquam *εἶδος* & *εἶδος* si comparatur cum superioribus differentiis. Cæterùm in complexu differentiarũ, differentiæ singulæ non sunt considerandæ ut *εἰδοποιόι* singulæ. Hoc enim modo vniuscuiusq; differentiæ genus cum ipsa differentia considerare, & propter genus ipsum *ὑπ' ἀλλήλων*, supremũ genus repetere cogemur, & proinde in *ἀδολοσχίαν* incidemus, quã vitare non possunt *διχοτομοῦντες*. At nos vitabimus, si supremũ genus per differentiã primam, & primam hanc per posteriorem, & posteriorem per sequentem diuiserimus: & sic differentiis omnibus sufficiet vnum primum Genus diuiduum propter differentias diuiduas: eritque tantisper differentiæ differentia, donec ad ultimam, quæ verè *εἰδοποιός* est, sit peruentum. Quam quidem rationẽ diuidendi si obseruemus: incommodum quoque illud vitabimus, in quod

Differētia aut vna, aut composita.

Cautio in diuidendo.

PRAEDICABILIA.

in quod incidunt διχοτομουῦτες, qui vnam eandemque differentiam, quæ diuidit duo genera ἀντιδιηρημύα, in vtroque genere explicare coguntur, & proinde incidunt in ἀδολεσχίαν. Exemplum vnius differentiae diuidentis duo genera, ἀντιδιηρημύα. Esto differentia: Morbi aut sunt cum soluta vnitae, aut expertes solutæ vnitatis. Sanè hæc differentia reperitur in duobus generibus, nempe in Similaribus & Organicis. Quare si velis διχοτομεῖν καὶ γένη dices, morbi sunt Similares aut Organici. Similares sunt aut cum soluta vnitae, aut expertes solutæ vnitatis. Item Organici sunt quoque aut cum soluta vnitae, aut expertes solutæ vnitatis. Hac ratione cogeris repetere in Organicis, quæ in Similarib' dixisti.

Altera
Cautio
in diu-
dendo.

De Specie.

Εἶδος, à quo εἰδέναι, Species est nostris: ac εἶδος ἀτομον dicitur Species illa, quæ de nullis aliis, quàm de singulis rebus, quæ indiuidua ἀπλῶς vocantur, prædicari possit. Constat autē λόγος seu ὁρισμὸς τῆς εἶδους genere & differentia. Ac genus quidem est ὁριστὸν, Differentia verò vltima & εἶδοποιὸς ὁρίζει καὶ τελειοῖ. Hac definitione & quasi determinatione efficitur in mente vnum ἀμερὲς καὶ τῆς εἰσίας vnum, quod proprie εἶδος dicitur, καὶ ἀρχὴ ἢ ἐν ἀμερεῖ Hippocrati. Atque ea ratione, qua εἶδος intelligi dicimus, non definitur, quia iam est definitum quid, & ve-

Quid
sit speci-
es.

εἶδος
ἀμερὲς

10 P R A E D I C A B I L I A .

212⁴
 re vnum νομῶν: sed qua ratione potest defini-
 ri, est εἶδος νοητὸν, cuius λόγος explicari potest
 quasi Genere & differentiis. In hac explicatione Ge-
 nere est prius, & Differentiæ sunt posteriores:
 parti- sed ἐν τῷ ἀμερεῖ nihil est tale. Nam οὐσία quæ
 bus ex- libet, omnia simul est: nec prius aut posterius ad-
 plicatū. mittit. Et aliud est vnū esse εἶδος, aliud vnū esse
 Discrimen in- τῷ πάθει, seu subiecto: & per accidēs. Nā si sub
 iecto detrahatur πάθος, aut accidens, nihilo-
 ter vnū minus manet subiectum: vt, si calori naturali
 εἶδος detrahatur febrilis, nihilominus manet calor
 vnū naturalis, qui fuit subiectum caloris illius ignei
 τῷ πάθει seu febrilis. Et detracta iustitia homini, nihilo-
 minus manet homo. At quod εἶδος est vnum, ita
 per acci- est vnum, vt Genus ipsum, quod in definitioni-
 dens. bus ordinis causa præponitur differentiis, ratio-
 ne essentia cū differentiis simul sit, & simul pe-
 rimatur.

De Proprio.

Quid Diximus de illis quæ significant τόδε τι ὄν.
 sic pro- Iam de proprio & accidente dicendum quæ si-
 prium. gnificat τόδε ἐν τῷδε ὄν. Quæ verè propria sūt,
 sine subiectis, in quibus insunt intelligi nequeūt.
 Aristoteles, τοπικῶν, α, proprium definit hunc
 in modum: ἴδιον δὲ ἔστιν, ὃ μὴ δηλοῖ μὲν τὸ τι ἢ
 εἶδος, μόνῳ δὲ ὑπάρχει, καὶ ἀντικατηγορεῖται τῷ
 ἀπαλάματος. Proprium est, quod non quidem
 significat quidditatem rei, sed soli inest, & reci-
 procè

procè prædicatur de re. Propria quædam sunt *Quotuplex proprium.*
ἀνασρέφοντα χωριστὰ, quibus nimirum abolitis, non est necesse aboleri subiectum : vt sanum est habitus corporis animati, quo suas actiones præstare potest : neque sanum reperitur in alio subiecto quàm in corpore animato, & proinde est proprium animati corporis, sed quia *χωριστὸν*, non potest dici verè propriū reciprocum. Propria *ἀντισρέφοντα*, seu reciproca, cum subiectis simul sunt & non sunt. Horum priorū *ἀντισρέφόντων* vnum genus est simplex: Alterū compositum. Simplex: vt posse ridere, est proprium hominis. Compositum, vt sanum, vel ægrum esse est proprium animati corporis. Compositum proprium reciprocum, *ὅτι τὴν ἀντιστροφῶν*, quiddam simile differentiis habet. Sic enim, exempli gratia, particeps & expers rationis, differentiæ, recipiuntur cum animali: & quæadmodum, ad eandem illam categoriam differentiæ ad quam genera, referuntur : ita etiam propria *ἀντισρέφοντα* in eadem categoria, in qua subiecta, reponuntur. De priorum definitionibus Aristoteles scripsit lib. 4. *Τοπικῶν*. loco 64.

Proprium reciprocum duplex.

De Accidente.

Καθ' αὐτὸ prædicantur Genus, Differentia, Species: proprium reciprocum. *Accidēs* autem nunquam *καθ' αὐτὸ* prædicatur : ac negatione quatuor superiorū intelligitur. Iccirco Aristo-

212^c
Quid teles accidēs definit hoc modo, Ἐπικῶν. α. Συμ-
sit acci βεβηκός δέ ὅστις ὁ μηδέν, μηδὲ τῶν ὅστων, μήτε ὅ-
dens: ρος, μήτε ἴδιον, μήτε γένος, ὑπάρχει ἢ τῷ πρᾶγ-
 ματι καὶ ὁ ἐνδέχεται ὑπάρχειν ὅτῳ αὐτῷ ἐνὶ καὶ
 τῷ αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπάρχειν. Accidēs igitur est,
 quod siue adsit, siue non adsit, subiectum nihilo-
 minus idem remanet, ratione suæ essentiæ. Impe-
 ritis accidentia videntur esse ipsa rei ἔσῃα. So-
 phistas quoque πρὸς τὸ μὴ ὄν διατείνεω dicit
 Plato, id est, πρὸς τὸ συμβεβηκός πρᾶγματεύε-
 σθαι, ut exponit Aristoteles. Denique vulgus ex
 accidentibus quæ temporis locique gratia, non
Acci- κατ' ὄλου, vera sunt, orationes suas conficit. Ut
dens in autem in rebus, κατ' αὐτὸ, & συμβεβηκός sunt
rebus discernēda: ita etiam causæ per se & causæ per
in caus- accidens sunt distinguendæ: per accidens causæ
sis. sunt, quæ ἀποφάσει causarum per se, intelligun-
 tur. Cum igitur accidentia rebus, nisi quoad res
 sunt κατ' ἑκαστὰ quædam, per se inesse non di-
 cantur: nulla erit accidētium definitio aut scien-
 tia, siquidem Definitio, Demonstratio, scientia,
 non nisi τῶν κατ' ὄλου per se, possunt esse.

digitalisiert am	07. Okt. 2005	Buch:					
			af-ab-000273				

Philos. B ²⁷¹ ~~270~~

hos lapides i mundis

.....

occurit moyses de mo

.....

.....